

SVB PRÆSIDIO REVERENDI PATRIS

DOMINI MICHAELIS VVAGNERI. SS. THEOLOGIAE DOCTORIS,

Præceptoris sui obseruandissimi, respondebit ad propositam Questionem, cum assertionibus, Dominus Matthæus Zerer
Landishutanus, liberalium artium Magister, in palestra Theologica, pridie Calen. Februarij.

53

QVÆSTIO.



Vid sentiendum pio, & Catholico viro, de Canticis Ecclesiasticis, quæ à sanctis olim patribus instituta, à sacris Occumenicis Concilijs approbata, & hactenus in Cathedralibus, Collegiatibus, & Monasticis Ecclesijs, pro exoluendis horis Canonicijs, ac alijs suffragijs fidelibus debitibus frequentantur.

CONCLVSIO PRIMA.

Vir reclus & bonus nihil reprehendit eorum, quæ Sanctis, qui uixerunt, placuere, dicente Beato Augustino, Consuetudo matris Ecclesie nequaquam spernenda est, neq; ulla modo superflua deputanda, nec omnino credenda, nisi A postolica esset traditio.

APPENDIX PRIMA. IDEM IN CONFESSIÖNIBVS DICIT.

Sub beatæ memorie Viro Sancto Ambroso Mediolani institutum fuisse, ut Hymni, & Psalmi in Sacris Vigilijs canerentur, secundum morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio tabesceret, addit, ex illo retentum penè omnibus gregibus deuotorum imitantibus per cætera orbis fidelibus.

APPENDIX SECUNDÆ.

Idem. Cum reminiscor lachrymas meas, quas fudi ad Cantus Ecclesiæ tue (Deo loquitur) in primordijs recuperatæ fidei meæ, & nunc ipso commoucor, non Cantu, sed rebus quæ cantantur. Cum liquida uoce, & conuenientissima modulatione cantantur magnam institutum huius utilitatem rursus agnoscō.

APPENDIX TERTIA.

Intentio bona in doctorum Clericorum, Monacharum illiteratarum, sedulo debitum pensum soluentes in decantandis Psalmis, & horis Canonicijs Deo placere, hosti displicere antiquo dicimus, Cum etiam sonitum baptisatae Campanæ dæmones fugare credamus.

APPENDIX QUARTA.

Vnde Vuiclef Diaboli mancipium cum Magistro suo, piæ uociferationes Sanctorum ferre non ualens, etiam hanc blasphemij suis addidit insaniam, ut appellaret Cantores Ecclesiasticos, Sacerdotes Baal.

CONCLVSIO SECUNDÆ.

Quæ hominibus naturaliter insunt, nullo modo debent illis adimi: sed magis modus, tempus, & conueniens ratio erunt adhibenda.

APPENDIX PRIMA.

Plus naturale est hominem Deum suum agnatum iubilando & psallendo colere, quam in temporalibus bene affectum ridere, aut anxiū plangere.

APPENDIX SECUNDÆ.

Tubal filium Lamech Musicen ut rem diuinitus traditam, ac plane humano generi necessariam duabus columnis insculptam, posteritati consecrassæ, credimus.

APPENDIX TERTIA.

Viri principes diligentे decorum domus Dei, non faciunt male, fouendo Musicos, & Cantores ad gloriā Dei, & deuotionem populi Christiani.

APPENDIX QUINTA.

Per diuersos modos in templis credentium laudari potest, ac debet Deus: & ideo admittimus instrumenta Musica, Citharam, qua Rex Hebreus Deo dilectus, uetus est, Cymbalum iubilationis, & sonum tube, in quo nos omnes exuscitandos credimus.

APPENDIX QUINTA.

A mandamus autem à templis nostris, uariarum gentium Tarantaras, Arabum Cymbala, cornu Thracum, Tympana Egypiorum, Lacedæmoniorum Tibiam, Siculorum tibiæ, Lyram Cretensem, Tubam Hetruscorum, fistulam Arcadum, & nostratis uulgi infanos, & hereticos ululatus.

CONCLVSIO TERTIA.

Qui Ecclesiæ, à Christianissimis olim Principibus, ac pio populo constitutas, in quibus laus Dei noctes, ac dies audiri consuecerat, more Saraceno subruunt, perperam agunt, sibiq; damnationem acquirunt, dum & sacro sanctorum Conciliorum placita conculcant.

APPENDIX PRIMA.

In priuata oratione motu labiorum Annæ, Helcanae Coniugis moestæ non ignoramus sufficisse ad impetrationem fæcunditatis.

APPENDIX SECUNDÆ.

Clericis nostris dedit Deus regiones gentium, & labores populorum, ut assiduo insisterent sacris psalmodijs, ne sollicitudine seculi, aut fallat adiutarij debitis Dei laudibus auocarentur.

APPENDIX TERTIA.

Hora Canonicae reclusi concentu communi exoluuntur, quam precessenti, unde Poeta.

Paucis (crede) datur constans oratio cordis,

Laudandum sed opus, dum canis ore, facis.

APPENDIX QUARTA.

Qui in scholis triuialibus pueritiam ad Cantus Ecclesiasticos adseu faciunt, sancte & pie agunt, cum maxima pars Ceremoniarum in Ecclesia canibus etiam puerilibus expleatur.

SENSUS QVÆSTIONIS NOBIS AFFIRMATIVUS EST.

SAB PLEBIS DEDICATI PATER

DOMINI MARCHIAE MAGISTERIUS DOCTORIS

06/maius/5:

Uideremus domino

Deo fidei in profecto

feliciter Medici

Clarissimo D. Jean

CONCLAVIO

CONCLAVIO PRIMUM

CONCILIX PRIMI IN CONSISTORIIS DICIT.

CONCILIO SECUNDU

CONCILIO TERTII.

CONCILIO SECUNDU

CONCILIO PRIMI.

CONCILIO QUINTI.

CONCILIO QUINTI.

CONCLAVIO TERTII.

CONCILIO CHILICHOEUM DEDICATI, ex eiusdem consuetudine, more summa

CONCILIO PRIMI.

CONCILIO CHILICHOEUM DEDICATI, ex eiusdem consuetudine, more summa

CONCILIO SECUNDU

CONCILIO CHILICHOEUM DEDICATI, ex eiusdem consuetudine, more summa

CONCILIO TERTII.

CONCILIO CHILICHOEUM DEDICATI, ex eiusdem consuetudine, more summa

CONCILIO CHILICHOEUM DEDICATI, ex eiusdem consuetudine, more summa

CONCILIO QUINTI.

CONCILIO CHILICHOEUM DEDICATI, ex eiusdem consuetudine, more summa

CONCILIO CHILICHOEUM DEDICATI, ex eiusdem consuetudine, more summa